

*Garzonibus. — Robertus Mauroceno. — Jacob de Pesaro loco Consiliarii Caput de XL.*

978) Post hoc Capitulum sequitur pars illa posita in an. D<sup>m</sup> millesimo trecentesimo secundo, die tertio julii, capta in M. C. quam descripsi in præcedentibus, suo ordine et tempore, cuius tenor talis est: Cum D. Dux vellet facere providere Clericis pro facere officiari Ecclesiam S. Marci, & Procuratores de hoc se recusarent &c.

¶ Questa Parte di sopra è rapportata al n. 948; in data 1322. Sembra che il Faustini abbia preso equivoco nella data. Nell'antico Ceremoniale del Doge, portasi dal libro magno Capricornus del M. C. pag. 31, in data precisamente del 1302, 3 Julii, questo decreto: *In Maiori Concilio: Dominus Dux potest et debet facere expendi, et facere quidquid vult de Ecclesia S. Marci. Et addatur in Capitulari Procuratorum, quod quandocumque Dux dixerit eis, teneantur et debeant facere expensas, sicut D. Dux ordinaverit pro bono statu dictæ Ecclesie.* Questo forse sarà il Capitolo, che il Doge fece leggere nel 1322.

979) *In executione autem harum partium, dictus Excellentiss. D. Dux, secundum subsequens Capitulum, providit aliquantulum ipsi R. D. Primicerio, et per hoc claret, inclito D. Duci soli spectare omnem provisionem fiendam in Ecclesia S. Marci, juxta determinationem M. C. in Ecclesia S. Marci, cuius tenor talis est.*

Celsitudinis nostra Ducalis decori & gloriæ fore convenientius, si præsidentibus in eorum præminentiis, secundum gradus per Ducalem potentiam enlargitos, eisdem honorifice provideatur. Et si dignitas